Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pungi a sagitta. Agnus quippe immaculatus totus im
maculatus semp immaculatus. non cui macule ablate
sunt. sed qui maculas nullas contraxerit. Nam fecit multos
immaculatos donando peccata. ipse immaculatus non
habendo peccata. Ut sagittent in abscondito immaculatū.
repente sagittabunt eū & non timebunt. O cor durum
occidere uelle hominē qui mortuos suscitabat repente
idest insidiose. quasi inopinate q̄si improuise. Similis nesci
enti erat dn̄s int̄ ipsos ignorantes. Quid nesciret q̄d sciret.
immo ignorantes eum nichil nescire & om̄a scire. & ad hoc
uenisse ut illi facerent q̄d se potestate facere arbitrabant̄.
repente sagittabant eū & n̄ timebant. firmauer̄ sibi
sermonē malignū. O firmauerunt & facta sunt tanta
miracula. non sunt moti. p̄stiterunt in c̄silio sermonis
maligni. Traditus ē ille iudici. trepidat iudex. & n̄
trepidant qui iudici tradiderunt. Contremiscit potestas.
contremiscit immanitas. uult ille lauare man̄. & illi
inquinant linguas. Sed quare hoc. Firmauerunt sibi
sermonē malignū. Quanta egit pilatus. q̄nta ut refre
narent̄. que dixit q̄d egit. Sed firmauerunt sibi sermo
nē malignum. crucifige crucifige. Repetitio ē c̄firmatio
sermonis maligni. Vide acrius quom̄ firmauerunt s̄
sermonē malignū. Regē ur̄m crucifigam. Dixerunt.
Non habemus regem. nisi solū cesarē. O firmauere sermo
nem malignū. Offerebat ille regē filiū d̄i. illi ad homi
nē recurrebant digni qui illū haberent & istū n̄ haberent.
Adhuc audi quom̄ firmauerunt sermonē malignum.
Non inuenio aliq̄d in isto homine ait iudex quo dignus sit
morte. & illi firmauerunt sibi sermonē malignum.